UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sōkratus Scholastiku Kai Ermeiu Sozomenu Ekklēsiastikē Istoria

Socrates <Scholasticus>

Mogvntiae, 1677

X. Quod Imperator Valentinianus filium genuit Valentinianum, cum Gratianum filium ante Imperium suum suscepisset.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14233

Visual Library

Novatianos, utpote idem cum illis ſen- A tientes: quorum Eccleſias etiam claudi juſſit. Sed & Epiſcopum ipſorum, Agelium nomine, exilio mulctari præcepit: virum qui jam inde à Conſtantini temporibus Eccleſiis illorum præfuerat, & vitam plane Apoſtolicam duxerat. Nam nudis pedibus perpetuo incedere ſolitus erat, & unâ tantum tunicâ utebatur, ſervans præceptum Evangelii. Porro Principis iram adverſus Novatianos repreſſit vir quidam, religioſus ſimul ac diſertus, Marcianus nomine. Qui prius quidem in palatio militaverat: tunc vero Eccleſiæ Novatianorum B presbyter factus, grammaticæ artis præcepta tradebat Anaſtaſiæ & Caroſæ Valentis filiabus: quarum nomine balneæ publicæ à Valente exſtructæ Conſtantinopoli etiamnum cernuntur. Hujus igitur viri auctoritate ac reverentiâ, Novatianorum Eccleſiæ cum aliquandiu clauſæ fuiſſent, denuo reſeratæ ſunt. Nec tamen ab infeſtationibus Arianorum penitus immunes manſerunt Novatiani. Oderant enim illos Ariani, propterea quod homouſianos, utpote idem cum ipſis ſentientes, amore & benevolentiâ proſequerentur. Hic per illa tempora rerum ſtatus fuit. Sciendum porro eſt, bellum adverſus Procopium tyrannum Conſulatu Gratiani C & Dagalaiſi ſub finem menſis Maji confectam fuiſſe.

τοῖς δὲ, καὶ ναυατιανοὺς ὡς ὁμόφρονας καὶ τὰς ἐκκλησίας αὐτῶν κλεισθῆναι ἐκέλευσε· καὶ τὸν ἐπίσκοπον αὐτῶν, ἐξορίᾳ ζημιοῦν προσέταττε· ἀγέλιος ὄνομα αὐτῷ· ἀνὴρ ἤδη πάλαι ἐκ τῶν κωνσταντίνου χρόνων, τῶν ἐκκλησιῶν προεστώς, καὶ βίον ἀποστολικὸν βιούς. ἀνυπόδητος γὰρ διόλου διῆγε, καὶ ἑνὶ χιτῶνι ἐκέχρητο, τὸ τοῦ εὐαγγελίου φυλάττων ῥητόν. ἐπέσχε δὲ τὴν κατὰ ναυατιανῶν τοῦ βασιλέως ὀργὴν, ἀνὴρ εὐλαβὴς ἐν ταυτῷ καὶ ἐλλόγιμος, μαρκιανὸς τοὔνομα· ὃς πάλαι μὲν κατὰ τὰ βασίλεια ἐστρατεύετο· τότε δὲ καὶ πρεσβύτερος τῆς ναυατιανῶν ἐκκλησίας τυγχάνων, γραμματικοὺς λόγους ἀναστασίαν καὶ κάρωσαν τὰς τοῦ βασιλέως θυγατέρας ἐδίδασκεν, ὧν ἐπ' ὀνόματι καὶ δημόσια λουτρὰ ἐν τῇ κωνσταντίνου πόλει κατεσκευασμένα ὑπὸ οὐάλεντος δείκνυται· αἰδοῖ οὖν τῇ πρὸς τὸν ἄνδρα, πρὸς ὀλίγον κλεισθεῖσαι αἱ τῶν ναυατιανῶν ἐκκλησίαι, αὖθις ἠνοίγοντο. καὶ μέντοι ταραχῆς τῆς παρὰ ἀρειανῶν ἐπιφερομένης, τελέως ἦσαν ἐλεύθεροι· ἐμισοῦντο γὰρ ὑπ' αὐτῶν, ὅτι τοὺς ὁμόφρονας ἠγάπων καὶ ἔστεργον· τὰ μὲν οὖν περὶ τόνδε τὸν χρόνον οὕτω διέκειτο· ἰστέον δὲ, ὅτι ὁ μὲν πρὸς τὸν τύραννον προκόπιον πόλεμος, ἐν ὑπατείᾳ γρατιανοῦ καὶ δαγαλαΐφου ἐγένετο, περὶ τὰ τέλη τοῦ μαΐου μηνός.

Cap. X.

Quod Imperator Valentinianus filium genuit Valentinianum, cum Gratianum filium ante imperium ſuum ſuſcepiſſet.

Sed paulo poſt hoc bellum, iiſdem Conſulibus, Valentiniano Auguſto in Occidentis partibus natus eſt filius, patri cognominis. Nam Gratianus diu antequam Imperium ſuſcepiſſet, ei na- D tus fuerat.

Κεφ. ι.

Ὡς ὁ βασιλεὺς οὐαλεντινιανὸς ὁμώνυμον παῖδα γεγέννηκε, γρατιανοῦ πρὸ τῆς βασιλείας αὐτοῦ γεγεννημένου.

Ὀλίγον δὲ ὕστερον τοῦδε τοῦ πολέμου, κατὰ τὴν αὐτὴν ὑπατείαν, οὐαλεντινιανῷ τῷ βασιλεῖ ἐν τοῖς ἑσπερίοις μέρεσιν, ἐτέχθη υἱὸς ὁμώνυμος αὐτοῦ· γρατιανὸς γὰρ ἤδη πρότερον πρὸ τῆς βασιλείας αὐτοῦ γεγέννητο.

Cap. XI.

De inuſitatæ magnitudinis grandine quæ cecidit è cœlo, & de terræ motibus per Helleſpontum ac Bithyniam.

Sequente anno, Lupicino & Jovino Conſulibus, ſexto Nonas Iulii, grando immenſæ magnitudinis, inſtar lapi-

Κεφ. ια.

Περὶ τῆς κατενεχθείσης οὐρανόθεν ἐξαισίου χαλάζης, καὶ τῶν ἐν βιθυνίᾳ καὶ ἑλλησπόντῳ σεισμῶν.

Τῇ δὲ ἑξῆς ὑπατείᾳ, ἥτις ἦν λουπικίνου καὶ ἰοβιανοῦ, χειροπληθὴς κατηνέχθη χαλα-